Monasterij: Hec p(er)mutacio visa est cedere: Domini[...]

comprobare: p(ro)p(ter)ea

Vadit pars, & Auctoritate huius Consilij ven. fratres predicti Monasterij, dicta Quarta p(ar)te affictus Possint vendere & alienare, modis & conditionib(us) supra enaratis. prout In sententia Judicum apostolicor(um): diei ij mensis Augusti anni preteriti particulariter Continetur: Ad qua(m) Relatio habeatur.

S Laurentius Coracius
S Hieronym(us) barbadic(us)
S Paulus Triuisanus
S Joes francisc(us) Maurocen(us)
S Leonardus Hemus
Consiliarij

De parte	95
De non	9
Non sinc	5

Die Primo Augusti

S Laurentius Coracius
S Hieronym(us) barbadicus
S Paulus Triuisanus
S Joannes francisc(us) Maurocenus
S Antonius venerius
S Leonardus Hemus
Consiliarij
S Marcus Saluto
S Bernardus Donat(us)
S Leo viarus
Capita de xl^ta

Solebat esse In hac urbe n(ost)ra Impressores librorum In Maximo numero, ex Quibus haud modicum capiebatur vectigal, publice, & priuatis. preter comodum studiosorum: Qui Ipsos libros vilius emebant, Quo plures Imprimebantur: verum certo ab hinc tempore consuetudo Inualuit: ut quidam gr(ati)as Impetrantes a Dominio n(ost)ro, alijs viam occludat Imprimendi

s Paulus Capellus eques
s Andreas Gritj proc
s Franciscus bragaden
s Francisc foscari eqs pr
s Andreas Triuisan eqs
Absente s Luca Trono:
sap. Consilij
s Philippus bernardus
s Aloysi Gradonic
s Pandulfus Mauroceni
s Marcus foscarus
Absente s benedicto del phyno
sap. Terre firme

quedam opera: quarum gratiarum numerus adeo est auctus ut plerisque dictorum Impressorum alio migrare necesse fuerit, atque ob id huiusmodj artificium valde Imminutum sit. unde & iactura publica priuataque & comunis comoditas successit: multoque magis successura et proculdubio videtur: nisi necessaria prouisio fiat. Jccirco.

Vadit pars, quod auctoritate huius Consilij omnes gratie a Dominio nostro concesse ad hanc diem usque Impressoribus librorum, aut alijs: ut quisque soli possint Imprimere, aut Imprimj facere opera quedam, preter illis: quas hoc consilium concesserit. Reuocentur, & pro reuocatis habeantur. Ita ut deinceps nullius sint vigoris, & omnibus liberum sit, Illa Imprimere, siue Imprimj facere, absque ulla contradictione. et sicutj equum est, sine discrimine aliquo. Post hac vero huiusmodj gratie amplius Concedj & fierj nequeat ullo modo: nisi per hoc consilium. Atque solum pro libris & operibus nouis numquam antea Impressis & non pro alijs: et si aliter fieret: sint, & Intelligatur esse nullius valoris: Pars autem, siue gratia: que pro illis posita fuerit: non Intelligatur Capta, nisi tulerit duo tertia suffragiorum huius Consilij.

Et publicetur presens pars super scalis sanctj Marcj & Riuoaltj

De parte	187.	Publicata fuit die tertio mensis suprascriptj super
De non	21.	scalis Riuoalti & sanctj Marcj per Nicolaum Ricium preconem.
Non sinceri	2.	